

110 58
Lipsiae d. xxx Martii c1113col111

Dum lego Probabilia. TUA critica, Vir Excellens.
gratulorque eis ita belle conceptis, TIBI que ego gra-
tias, quod me, ut ante, diligis, eiusque rei vestigium
in esse libro TVO honorifica nostri mentione voluisti,
quaedam in transitu tanta rerum in occupatione
enotavi, quantam ferunt, ut scis, gerendi hac in urbe
magistratus. Ea pauca verbis brevissimis, nam ne nunc
quidem vacat, recognosces infra scripta:

pag. n. 6, 7. (Calamo exaratum exemplum sequabar, machinis scripta eo
die nondum videram) Lucani multa tentas. Super eo nos quoque olim
plurima quae oppressa adhuc latent in his, quos Curtius ad Lucanum Commendatus fuit.
Longobardos citas passim. Quin Longobardos **constanter** scribis: nunquam Lon-
gobardos. Istud vero veterum et librorum exemplo bonorum facturus. Dixi in Longobardis
p. 19. Ascon. Paldianus Comitium finit locum in foro, in quem coire equitibus et Pop. Rom. licebat
Nullum verbum de Senatu. populus enim hic plebs ut in aliis formulis. quod egregie fulcit
suspiciones olim de iure Quiritium meas.

p. 37, pruocatio ap. Plinium tanquam ad maiorem melioremque vocatio.
Ibid. -- haec fiducia operis est indicatura) Caue quidquam hic mutes. Indica-
tura nomen est substantivum, tanquam si dicas pretii editionem l. indicationem.

p. 47, iubat et demetere ferro. apud Valerium Flaccum. non licet. Syllaba in
demetere media repugnat, ^{tribus} quae brevis.
- Quin scribis semper, memorum fidem alia que litterarum manumenta prisca secutus,
genetricem, non genitricem.

Hactenus interim ut perfunctorie in chartam coniecta grata habebis et
simplicitati nostrae veniam dabis. Bene rem quod facis, merito ac valeto.
Siquid hinc petieris mutandum potest in fine voluminis,
quod mihi de curat Franquius noster, pro coronide subnotari.

Chr.

A Monsieur
Monsieur Crusius
Célebre Professeur de l'Université
de Wittenberg
à
Wittenberg.